



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Iurisdictione Episcoporum Germaniae

Wintzler, Christoph

Coloniae, 1614

16. De vsura, an sit mixti fori?

urn:nbn:de:hbz:466:1-10387

De vsura, an sit mixti fori.

1. **V**surā an & quo iure prohibita.
- 2.3.5. An sit mixti fori. num. 3. & 5.
4. Differentia inter criminale & ciuile iudicium.

1. **V**SVRA apud Ethnicos Philosophos ex ratione naturali dānata apud Iuriscōsultos ex politica ratione permessa, vt ff. & C. de *Vsur.* olim apud Germanos incognita *Cornel. tacit. de morib. Germa. & ibi lod. V Villich.* vtinā adhuc, nunc de iure diuino & canonico prohibita, an & de iure posteriori ciuili, quo concilium Nicœnum eam improbens, c. *quoniam dist. 46.* probatur, l. *quicumq; C. de heret. § 1. auth. de eccles. tit. col. 9.* controuertitur, vt videre est apud *Couar. lib. 3. var. resolut. cap. 1. nu. 5. & seq.* & magis pia opinio est, quod sic, maxime de recessibus Imperii de anno 1500. 1548 & 77. tit. von *Bucherliche cōtracten.* mixti fori dicitur, *Octa. Cacheran. decis. pedem. 137. per tot. Gail. lib. 2. de pac. pub. ca. 11. nu. 25.* quando est in confesso vel extra dubium, secus si dubitatur, an sit? tunc ecclesiasticus cognoscit. *Bart. in l. Titia. nu. 7. ff. solut. matri. Panor. in d. c. cum sit. nu. 17. x. de for. compet. Cacher. d. loc. nu. 11.* communiter receptum, *Clar. d. quest. 37. num. 2. Barthol. V gelin. in tract. de Vsur. cap. 27. in prin. nu. 2.* qui & inter criminale & ciuile iudicium faciunt differentiam, quasi in hoc præmissa distinctio, in illo ad laicum, vel ecclesiasticum, constituto de delicto, pœna pertineat, sed non placet

placet Prospero Farina. tit. de Inquisit. quæst. 8. nu. 136. & seqq. quæ vide plene & satis distincte per quatuor conclusiones, & tandem concludentem, crimen vsurarum esse mixti fori, siue quæstio sit juris, siue facti, eamq; partem veriore[m] & in praxi receptam probat, & ante eum, Couar. lib. 3. var. resolut. cap. 3. nu. 1. sequitur Tho. Michaël. de Iurisd. conclus. 40. vbi refert causam F. contra H. vsurarum ab ecclesiastico ad Cameram anno 92. esse deuolutam.

TITVLVS XVII

An Iudæis vsura permitti possit.

1. **V** Sura tanquam quid licitum permitti nequit.
2. **I**udæi utpote propter infidelitatem damnati ex simplici tolerantia potestatis vsuras exercere possunt.
3. **V**ti & libellum repudiij, ceremonias & superstitiones.
4. **P**rincipes statuendo vt nemo nisi certum aliquod accipiat, de superq; iudicando non peccant.
5. **Q**uod tamen cum moderatione pro commo[di]o subditorum accipiendum.
6. **E**x eo quod pretium de quinq; sit infra centum, emptio non dicitur illicita.

V SURA non potest permitti tanquam res licita & vt desinat esse peccatum, ne quidem